OFFICIVM
S. FRANCISCI
SALESII

Confeſſoris Epiſcopi Gebenneñ,
Et Fundatoris Ordinis Monialium Viſitationis
Beatæ Virginis.

SEMIDVPLEX
A Sac. Rituum Congregatione approbatum.

De mandato Sanctiſſimi D.N. ALEXANDRI
Diuina diſpoſitione Papę VII. in Breuiario
Romano apponendum.

Et ab omnibus vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, qui
ad horas Canonicas tenentur, recitandum
die 29. Ianuarij.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



3

ROMAE, Ex Typographia Reu. Cameræ Apoſt. 1666.
Superiorum permiſſu, & Priuilegio.

Digitized by Google

Digitized by Google

Die 29. Ianuarij.

IN FESTO
S. FRANCISCI
SALESII
CONFESSORIS PONTIFICIS.

Semiduplex,

---

n Veſperis, & Matutinis dicatur. Hac die lætus
ēruit ſupremos Laudis honores.

Oratio.

Deus, qui ad anima-
rum ſalutem Bea-
n Franciſcum Confeſ-
:em tuum, atque Pon-
icem, omnibus omnia
tum eſſe voluiſti; Con-
de propitius; vt chari-
is tuæ dulcedine per-
i, eius dirigentibus
ınitis, ac ſuffraganti-
s meritis æterna gau-
: conſequamur. Per
ıminum &c.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

FRANCISCVS in Oppido Saleſio, vnde familiæ cognomen pijs, & nobilibus parentibus natus à teneris annis futuræ Sanctitatis indicia præbuit, morum innocentia, & grauita-

te.

te. Adoleſcēs liberalibus diſciplinis eruditus; mox Philoſophiæ, ac Theologiç Pariſijs operam dedit, & ne quid ſibi deeſſet ad animi culturam, iuris vtriuſque lauream ſumma cum laude Pataui obtinuit. In ſacra æde Lauretana perpetuæ Virginitatis votum, quo pridem Pariſijs ſe obſtrinxerat innouauit: A cuius virtutis propoſito nullis vnquam dœmonū fraudibus, nullis ſenſuum illecebris potuit dimoueri.

Lectio v.

Recuſata in Sabaudiæ Senatu ampliſſima dignitate, Clericali militiæ nomen dedit, tum Sacerdotio initiatus, & Geneuenſis Eccleſiæ Prçpoſituram adeptus, eius muneris partes adeò perfectè expleuit, vt eum Granerius Epiſcopus vindicandis ab hæreſi Caluiniana Chaballicenſibus, alijſque Geneuæ finitimis populis Diuini verbi prçconem deſtinarit. Quam expeditionem alacri animo ſuſcipiens aſperrima quæque perpeſſus eſt, ſçpe ab hæreticis conquiſitus ad necem, varijſque calumnijs, & inſidijs vexatus. Sed inter tot diſcrimina, & agones, inſuperabilis eius conſtantia ſemper enituit; Deique ope protectus ſeptuaginta duomillia hçreticorum ad Catholicam fidem reduxiſſe dicitur, inter quos multi nobilitate, & doctrina inſignes numerantur.

Lectio vi.

Mortuo Granerio, qui eum ſibi Coadiutorem decerni curauerat, Epiſcopus conſecratus Sanctitatis ſuæ radios circumquaque diffudit, zelo Eccleſiaſticæ diſciplinæ, pacis ſtudio, miſericordia in pauperes, omnique virtute conſpicuus. Ad Diuini Cultus aug-

augmentum nouum ordinem ſanctimonialium inſtituit à Viſitatione B. Virginis nuncupatum ſub regula Sancti Auguſtini, cui addidit conſtitutiones, ſapientia, diſcretione, & ſuauitate mirabiles. Suis itaque ſcriptis Cœleſti doctrina refertis Eccleſiam illuſtrauit, quibus iter ad Chriſtianam perfectionem tutum, & planum demonſtrat. Annum denique agens quinquageſimum quintum, dum è *Gallia* Anneſium regreditur, poſt ſacrum in die Sancti Ioannis Euangeliſtæ Lugduni celebratum graui morbo correptus, ſequenti die migrauit in Cœlum anno Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo. Eius Corpus Anneſium delatum in Eccleſia Monialium dicti Ordinis honorificè conditum fuit, cæpitque ſtatim Miraculis clareſcere; quibus ritè probatis ab ALEXANDRO Septimo Pontifice maximo in Sanctorum numerum relatus eſt, aſſignata eius feſtiuitati die 29. Ianuarij.

In tertio nocturno, Homil. in Euang. *Homo peregre proficiſcens*.

Vt in Communi Conf. Pontif.

Miſſa de Cõmuni Confeſs. Pontif. *Statuit ei Dominus*, cum Oratione propria.

Et Euangelium. *Homo peregre proficiſcens*.

LEctiones prædictas de Sancto Franciſco Saleſio Epiſcopo Gebenneñ diligenter reuiſas Congregatio Sacrorum Rituum approbauit die 18. Septembris 1666. Eaſque Sanctiſſimus cum ſupradicta Oratione propria, ad preces Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ in Breuiario Romano die 29. Ianuarij apponi mandauit ab omnibus Chriſtifidelibus vtriuſque ſexus, tum Sæcularibus, tum Regularibus cum reliquis de Communi Confeſs. Pont. ſub ritu ſemiduplici recitandas. Officium verò S. Petri Nolaſchi in diem 31. eiuſdem menſis proximam ſcilicet non impeditam transferri iuſſit. Die 21. Octobris 1666.

M. Epiſc. Portueñ Card. Ginettus.

Loco ✠ Sigilli.

Bernardinus Caſalius Sac. Rit. Congr. Secretarius.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

LEctiones prædictas de Sancto Franciſco Saleſio Epiſcopo Gebenneñ diligenter reuiſas Congregatio Sacrorum Rituum approbauit die 18. Septembris 1666. Eaſque Sanctiſſimus cum ſupradicta Oratione propria, ad preces Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ in Breuiario Romano die 29. Ianuarij apponi mandauit ab omnibus Chriſtifidelibus vtriuſque ſexus, tum Sæcularibus, tum Regularibus cum reliquis de Communi Confeſs. Pont. ſub ritu ſemiduplici recitandas. Officium verò S. Petri Nolaſchi in diem 31. eiuſdem menſis proximam ſcilicet non impeditam transferri iuſſit. Die 21. Octobris 1666.

M. Epiſc. Portueñ Card. Ginettus.

Loco ✠ Sigilli.

Bernardinus Caſalius Sac. Rit. Congr. Secretarius.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE